



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

8. Primarium locat lapidem Sacelli arcis Monasteriensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

Inter hæc recurrebat Sanctarum Reliquiarum & triumphalis superioris anni in Urbe introitū anniversaria festivitas. Ut igitur institutæ per eos dies perpetuæ liberalitatis & gratiarum actionis exemplum posteris *cat lapidaret* *Christophorus Bernardus*, votivam dem hanc celebritatem, ad normam foundationis, *Sacellum* quam solennissimè peregit. Ac dein congregatis de Collegio Cathedrali, deque Nobilitum Ordine primoribus, Sacello in arce *steriensis* Monasteriensi designato, solenni ritu, proximarium lapidem ponit cum hac laminæ ex argento inscriptâ epigraphe.

DEO OPT. MAX.

DEIPARÆ VIRGINIS

*Omniumq; Cælitum
honori.*

ac præcipue

S. PAVLI APOSTOLI

*Gentium Doctoris,
sicut Diœcesis totius,
sic hujus etiam Castræ
ac fortalitij
Electi singulariter Patroni.*

Cel-

(580)

Celissimus ac Reverendiss. Princeps ac Dominus
D. CHRISTOPHORVS
BERNARDVS

DEI & Apostolice Sedis gratia
Episcopus Monasteriensis,
Administrator Corbejensis,
Burggravius Strombergensis,
S. R. I. Princeps
ac Dominus in Borculo.

Primarium hunc Lapidem

solenni ritu ac ceremoniis,
Propriis manibus locavit
In fundamentum facelli,
Sub honore & titulo S. PAULI Apostoli,
superstruendi,

Hoc unum habens in votis,
Ut ad fidei Catholicae conservationem
Ac Patriae Tutelam
Sancto Patrocinante Apostolo,
Totum cedat.

Quod operosa munitione,
Et hujus Sacella structura,
Applaudentibus tam ius, qui de Clero,
Quam alii Patriae Statibus,
Ad hunc actum obedienter congregati erant,

Pie intenditur.

Acta sunt hac Anno à partu Virginis MDCLXII.
Die Mensis Julij XVII.

Per-